N. 3341.

CURRENDA XVIII.

A. D. 1863.

Nr. pr. 125.

Epistola valedictoria Eminentissimi Cardinalis Antonii de Luca Nuntii Apostolici Vienna discedentis.

Eminentissimis et Reverendissimis

DOMINIS S. R. E. CARDINALIBUS;

Excellentissimis, Illustrissimis, et Reverendissimis Dominis Archiepiscopis, Episcopis, caeterisque locorum Ordinariis in ditione Austriaca et extra existentibus.

EMINENTISSIMI ET REVERENDISSIMI DOMINI

EXCELLENTISSIMI,

ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI ANTISTITES.

Cum in eo sim, jam officio perfunctus mihi a Smo. Dno. Nostro Rom. Pontifice commisso, ut a principe Imperii Austriaci Urbe discedam, non possum quin Vos, quotquot estis omnes Sacrorum Antistites amantissime consalutem. Plurimis etenim titulis me Vobis addictum profiteor. Vos quippe mihi in munere meo utcumque adimplendo adjutores potissimi consilio, propensoque animo fuistis. Perenni insuper recolam memoria obsequentissimam adhaesionem erga Sanctam Romanam et Apostolicam Sedem et Beatissimum Petri Successorem, quam Vos usque exhibuistis in hocce praesertim luctuosissimo ecclesiasticarum rerum statu. Vos exemplo et verbo fideles curis Vestris commissos enixe excitastis, ut communi omnium supremo Pastori ab impiorum hominum insidiis et rapinis in angustias redacto subsidia conferrent, et omnimodis observantiae et amoris testificationibus moerorem Ejus levarent. Vos jura Ecclesiae juxta auspicatissimam Conventionem inter Romanum Pontificem et Augustissimum Caesarem et Apostolicum Regem initam sapienter aeque ac prudenter tueri sategistis. Vos rectae disciplinae studium penes utrumque Clerum, saecularem nempe et regularem, feliciter et alacriori spiritu reviviscens paternis assiduisque curis fovistis. Vos denique religionis, pietatis, doctrinae, intemeratae vitae caeterarumque virtutum exempla quotidiana christiano populo praestitisse magna mei animi admiratione et laetitia comperi; ita ut vere, juxta Apostolum, Vos forma gregis facti fueritis et usque sitis.

Non hortamentis igitur ast potius encomiis et promeritis laudibus erga Vos me uti quam maxime decet, cum id firmissime mihi persuasum sit, Vos posthac in eadem vivendi agendique ratione perseveraturos.

Quamobrem preces ex intimo cordis et mentis affectu Deo O. M. indesinenter effundam, ut Vos omnes amori et emolumento fidelis populi quam diutissime servet incolumes,

laboresque Vestros benedictione Sua coelesti feracissimos reddat. Hoc unum ab explorata Vestra benignitate exposco, ut pro certo habeatis, me paratissimum esse qualemcumque meam operam posthac impendere in quavis re, quae vel utilis vel grata Vobis evadat. Quamvis enim corpore absim, Vobiscum Spiritu adesse, et studiosissima voluntate Vos omnes in Christo complecti pergam.

Valete igitur, amplissimi Viri, etiam atque etiam valete, meque habeatis qualem fuisse, et deinceps, quoad in vita mansero, futurum profiteor Dominationis Vestrae Illmae et Rmae addicctissimus famulus Ant. Card. de Luca pro - Nuntius Apost.

Viennae, ex Aedibus S. Nuntiaturae Apostolicae die XVIII. Augusti, anno reparatae salutis MDCCCLXIII."

N. p. 136.

Epistola Excellentissimi Dni Nuntii Apostolici Viennae succedentis.

„Illme et Rme Domine.

Maxime lætatus sum in iis, quae dicta sunt mihi de præclarissimis Antistitibus cum hac Nuntiatura Apostolica Vindobonensi negotia gerentibus, nec non de Clero et populis spirituali eorum jurisdictioni subjectis. Quod quidem gaudium dum animum meum inter tot, tantasque temporum acerbitates suavissima replet consolatione, magnam mihi præbet etiam sperandi rationem, fore ut Nuntii Apostolici munus apud hunc Augustissimum Imperatorem Franciscum Josephum a SSmo. Domino Nostro Pio Divina Providentia Papa IX benigne mihi commissum, viribus nostris unitis, justis ipsius Supremi Pontificis desideriis ad majorem Dei Gloriam, in Ecclesiæ Catholicæ bonum, et in civilis Gubernii utilitatem respondeat. Quantum in me erit, nec laboribus, neque incomodis parcam, ut id consequar. Ut Dominatio Vestra Reverendissima mecum ad eumdem finem adnitatur, enixe precor et obtestor. Præcipua autem nostra sollicitudo sit, Omnipotentem Deum suppliciter exorare, ut Supremum Ecclesiæ Caput, spectaculum factum hominibus charitatis, patientiæ, et resignationis ab inimicorum insidiis eripiat, diu sospitem conservet, Eique constantiæ robur ad prælianda prælia Domini infundat, donec pace Ecclesiæ restituta, in veritatis triumpho possit gloriari. Nec omittendum, pro Christianorum Principum concordia preces ad Dominum effundere, et præsertim pro conversatione et salute Suæ Imperialis Regiæ Majestatis Apostolicæ, ut et Ipsa in juribus Ecclesiæ tuendis perseveret, sicut usque adhuc virtutis et Religionis zelus haud dubia dedit documenta.

Si quid in me est, quod Dominationi Vestræ Reverendissimæ possit aliquo modo inservire, quamvis sentiam quam parvi momenti sufficientia mea sit, id totum est eidem. Interea hoc peculiaris existimationis et observantiæ testimonium Dominatio Vestra Reverendissima libenter excipiat. Dominationis Vestræ Rmæ uti Frater M. Archiep. Athen. Nuncius Apostol.

Viennæ die 19. Septembris 1863."

Ambæ Epistolæ pro capessenda de vicissitudine in Nuntiatura Viennen. intergressa.. notitia; Ven. Clerus præprimis ultimam læto et grato animo salutabit ob nuntium de fama sui, cujus odor fragrans ab Eminentissimo Antecessore in P. T. Successorem in Nuntiatura transiit. Eandem omni qua

par est studio conservare satagamus jam morum integritate, jam zelo augendi gloriam Dei, prosperitatem utriusque Reipublicæ, populique salutem, ne spem fallamus, quam fovet de solicitudine Nostra futura. Fundamus quoq. preces pro incolumitate utriusq. Reipublicæ, Principum, nec non pro consequendis aliis beneficiis nunc tantopere necessariis. Imploremus demum Numen divinum pro felici auspicio in Dignitate, ad quam Excellentissimus Archiepiscopus Atheniensis pro bono Diœcesium in vastissimo Imperio Austriaco elevatus, in gerendo Munere amplissimo, in quo constitutus extitit.

Tarnoviæ 15. Oct. 1863.

L. prez. 140.

Sprawozdanie roczne o Stowarzyszeniu wzajemnych modłów.

W ostatniém Naszém roczném wsprawozdaniu względem Stowarzyszenia wzajemnych modłów o szczęśliwą godzinę śmierci, umieszczoném w kurendzie XVI. z r. 1862. N. 3066/217 podaliśmy do wiadomości, że rzeczone Stowarzyszenie składało się z 288 kapłanów Dyecezyi tutejszéj. Od ostatniego tego sprawozdania, po dzień niżéj wyrażony, umarło 8 kapłanów ze Stowarzyszenia, których imiona i nazwiska po zaszłéj każdego śmierci, kwoli odprawienia po 1. Mszy św. za każdego z osobna, przez pozostałych przy życiu współbraci, ogłosiliśmy. W przeciągu tego czasu przybył jeden tylko kapłan do Stowarzyszenia, mianowicie: JX. Emeryk Freisler wysłużony kapelan wojskowy. Zmniejszyło się przeto w mowie będące Stowarzyszenie o 7. członków a składa się obecnie z 281 kapłanów. Ogłaszając niniejsze sprawozdanie zachęcamy zarazem do przystąpienia do tak zbawiennego Stowarzyszenia i innych licznych jeszcze kapłanów dyecezalnych, którzy dotąd się z przystąpieniem wstrzymali, przyczem polecamy Im odczytanie Naszéj Odezwy z d. 21. Lutego 1854, (kurenda II.) w téj mierze wydanéj.

Z Prezydyum Biskupiego w Tarnowie d. 30. Września 1863.

Nr. 3176.

Demonstrationes in Devotionibus funebralibus pro Insurgentibus politicae absint.

Fratres Venerabiles! Et excellentissimum C. R. Praesidium Locumtenentiae Leopoli sub 5. Octobris 1863. N. 1763 monuit Nos, irrepere abusus in loca sacra eo, quod sub devotionibus pro consumptis bello in Polonia emblemata ut: cruces grandes, ferreae coronae, et alia ejusmodi ad tumbas exponantur, quae animabus fidelium prodesse non possunt sed inserviunt solummodo pro demonstrationibus, quae partem populi adhuc quietam inquietare aut aliam magis perturbare valeant, et Nos ipsi cum moerore animi observamus aliquos de Vobis status et officii sui immemores, se faciles praestare iis, qui Ecclesiis et devotionibus abutuntur ad fines suos politicos promovendos. Fratres! semel sapere oportet. De talibus abnormitatibus quid sentiamus, e prius emissis ordinationibus scitis. Ad eas Vos relegamus, et obsecramus vehementissime, ut caveatis Vobis a malevolorum tentationibus; secus rigidas pœnas in discolos adhibendas esse, noveritis. Oratione et devotionibus in sensu Ecclesiae celebrandis succurrere animabus non interdicimus; sed devotiones non sunt inobedientia profanandæ.

Tarnoviae 8. Octobr. 1863.

N. 3375.

Jesus ad fontem Jacob exemplar Confessariis sub Indulgentiis.

S. Joannes Evangelista C. IV. ita Magistrum nostrum indefessum depingit in convertendis Sibi obviis: *Venit Jesus in civitatem Samariæ... juxta prædium, quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Jesus: Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me poseis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi Samaritanis. Respondit Jesus et dixit ei: Si scires donum Dei et quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsan petiisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam... Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum, qui autem biberit aquam, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in æternum. Dicit ad eum mulier: Domine! da mihi hanc aquam, ut non sitiam...* In ulteriori colloquio pandit Jesus mulieri secreta vitæ ejus et universalem Dei cultum... ac suam legationem divinam; narratur adventus discipulorum ex urbe cum cibis et incolarum, eorumque conversio ad Christum.

Textus evangelicus ulterior ita sonat: *Interea rogabant eum discipuli dicentes: Rabbi manduca. Ile autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Jesus. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.. Ego dico vobis: Levate oculos vestros et videte regiones, quia albae sunt jam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, et congregat fructum in vitam aeternam. ut et qui seminat, simul gaudeat et qui metit... Ego misi vos metere....*

Fratres a Magistro divino in sortem ejus assumpti, invitati ad excipiendas confessiones, non ad cohonestandam Processionem tantum post Sacrum majus, considerate Jesum defatigatum et esurientem circa prandii horam, nihilominus aquam doctrinæ salvificæ propinantem; cibum desiderii explendi voluntatem div. seu laborem præferentem cibo materiali, et vestigia Ejus premite. Ipse Vobis *aquam vivam* concredidit, qua lavetis et reficiatis cunctos, petentes lotionem et refectionem sub Indulgentiis. Non egressus Celebrantis e templo et ejus digressus ad domum plebanalem sit Vobis signaculum pro terminando labore vix inchoato sed invitatio ipsissimi heri pro parva nefors refectione ad ulteriorem adhuc laborem modicum. Levate oculos et videte, num et qualis adhuc sit messis. Si jam refecti mettere inhoastis circa 10 horam, *cibus vester* adhuc sit, perficere opus, lavare quotquot adhuc adstant... qui a mane sudastis, refectione parva digni estis; verum refocillati rursus adibitis aedes sacras, et quæretis poenitentes.

Deplorandum esset vicinæ charitatis inter Confratres vinculum auxiliumve; deploranda poenitentium conditio, si messores invitati fugerent sudorem, ast quærerent ciborum saporem... Jentaculum anteprandiale etsi lautissimum; relaxatio intra messem, nulla ferme intergressa

fatigatione; quies cum desiderio satiandi voluptatem etsi exoptatissima... censetur nulla merces in comparatione illius,... quæ promittitur æterna indefessis messoribus. *Levate* igitur *oculos* post Sacrum solenne, et mettatis adhuc per *congruum* temporis spatium, donec seges residua ex integro fuerit messa. Perillustres Decani, aliique viri in Hierarchia insigniti, in zelo praeibunt exemplo—omnes simul Tribunali assidentes paulo post messi residuæ imponent finem. Tunc peregrinantes tamdiu jejunantes, reconcilliationem cum Patre anhelantes, non amplius querelam acerbam movebunt de nonnullorum Presbyterorum tepiditate. Herum Vos invitantem ad laborem summopere contristatis, si 2. aut 3. post Sacrum lavare poenitentes non desistunt, quum interea grandiores 12. aut 13. terga vertissent Tribunali sacro. *Ego vos misi metere..* hæc verba Salvatoris in auribus tinniant semper, ut cibum spiritualem nonquam non præferatis materiali. Tarnoviæ 22. Oct. 1863.

N. 3191.

Sublevatio Missionum Ven. Congregationis PP. Mechitaristarum in Oriente commendatur.

Congregatio Relig. PP. Mechitaristarum Viennensium ni sequelam Rescripti alti Ministerii Status de 23. Septbris 1863 N. 7080 licentiam obtinuit, collectiones per 6 mensium spatium in rem Missionum hujus Congregationis in Oriente instituendi, quod altum Decretum Excelso C. R. Comissio locumtenentialis Cracoviensis sub 30. Septbris 1863 N. 33615 notificavit, quæ notificatio verbotenus pro notitia et directione communicatur:

„In Folge eines Einschreitens des hochwürdigsten Herrn Erzbischofes von Cesarea Jakob Bosagi, Abtes der Kongregation der Mechitaristen in Wien, hat das h. Staatsministerium laut Erlaß vom 23. d. Mts Z. 7080 St. M. I. demselben die Bewilligung ertheilt, durch den Generalprokurator der Kongregation Pater Ignaz Schükür in den dem Staatsministerium unterstehenden Königreichen und Ländern, während der Dauer von s e c h s M o n a t e n eine Sammlung milder Beiträge zur Förderung der M i s s i o n s z w e c k e der Kongregation im Oriente veranstalten zu dürfen.

Hievon werden die politischen Unterbehörden zum entsprechenden Gebrauche und die hochwürdigen Konsistorien zur weiteren gefälligen Mittheilung an den unterstehenden Klerus in Kenntniß gesetzt.“ E Tarnoviæ 15. Oct. 1863.

Nr. 3192.

Collectio pro Sokołów.

Iterum ad Vestram Fratres Venerabiles! et ad populi fidelis misericordiam pulsamus pro felicibus incolis oppidi Sokołów 25. Septbr. a. c. conflagrati. Ipsi secundum posse adjuvate infelices confratres et populum concreditum adhortamini ad collectiones largas, ut misericordiam ipsi consequantur. Tenor verbalis alti Rescripti Excelsæ c. r. Comissionis locumtenentialis Cracoviensis de 30. Septembris 1863 N. 23571. est sequens:

„Am 25. d. Mts ist das Bezirks-Städchen Sokołów durch eine verherrende Feuersbrunst größtentheils niedergebrannt. Das Feuer brach am obigen Tage um 1. Uhr

Mittags aus einer bisher noch nicht festgestellten Veranlassung aus, und verwandelte binnen wenigen Stunden 300 Häuser sammt Nebengebäuden in einen Aschenhaufen. Durch diesen Brand sind mehrere Hunderte Familien meist zur Klasse der Handel- und Gewerbe treibenden Bevölkerung gehörig und nur zum Theil vom Feldbau lebend dem größten Nothstande und Elend Preis gegeben worden. Der verursachte annäherungsweise veranschlagte Schaden beläuft 500000 fl. ö. W. Zur Linderung der Noth für den ersten Augenblick hat das k. k. Bezirksamt Sokołów und die k. k. Kreisbehörde in Rzeszow die entsprechenden Einleitungen getroffen, und mittelst Aufruf an die Bevölkerung des Rzeszower Kreises die Hilfeleistung derselben für die Abbrändler angesprochen. Um jedoch den Verunglückten eine reichhaltigere Hilfe zu bringen, ihnen den Wiederaufbau ihrer Wohnungen und die Wiederaufnahme des Erwerbs zu ermöglichen, finde ich mich veranlaßt, eine allgemeine Sammlung milder Gaben im Krakauer Verwaltungsgebiethe auszuschreiben, und die sich nie verläugnende Mildthätigkeit der Bevölkerung zu freiwilligen möglichst ergiebigen Beiträgen für die Verunglückten anzusprechen. Mit der Durchführung dieser Sammlung werden die Hr. Kreis- und Bezirksvorsteher in ihrem Gebiete beauftragt und aufgefordert, die einfließenden Beiträge alle 14. Tage, spätestens alle Monate an den Herrn Kreisvorsteher in Rzeszow, die Naturalgaben aber unmittelbar an den Hr. Bezirksleiter in Sokołów zu leiten. Die hochwürdigen bischöflichen Konsistorien in Krakau, Tarnow und Przemyśl, werden gleichzeitig angegangen, den politischen Behörden durch bereitwillige Mitwirkung der Geistlichkeit die nöthigen Unterstützung zu gewähren."

Tarnoviæ 15. Oct. 1863.

L. 1978. 2419. + 2830. 2630. 2420. 2742. 2903. 2938.

IV. Wykaz składek, a to prawie na pogorzelców.

Ciąg dalszy do Kur. XI. r. b.

Na zgorzałe *Kenty* z Dekanatu *Żywieckiego* 41 złr. 60 kr. a mianowicie od XX. Wikarych 9. po 20. 30. 50. kr. od XX. Dobrodziejów z *Cięciny*, *Łodygowic*, *Szczyrku* i *Wilkowic* po 1 złr. od JJXX. Rządzców kościoła w *Lipowy*, *Milówce*, *Radzichowach*, *Rajczy*, *Rychwałdzie* i *Żywcu* po 2 złr. a w *Ślemieniu* 5 złr. od parafian z *Lipowy* 5 a z *Milówki* 12 złr. 74 kr.

II. Na *Żabno* a) 6 złr. 10 kr. z Dekanatu *Bocheńs.* od samego Szan. Duchowieństwa po 20 — 30 kr. a od JXX. Proboszczów w *Chełmie*, *Mikluszowicach* i *Rzezawie* po 1 złr. b) 2 złr. 96 kr. z Dekanatu *Czchów.* III. Z Dekanatu *Żywiec* 7 złr. 30 kr. od JX. Rusina Plebana w Lipowy, a to: na Kalwaryą Pacławską 2 złr. na Rawę i Lipnicę po 1 złr. na kościółek ś. Wojciecha w Krak. 3 złr. 10 kr. IV. Z odpustu w kościele WW. Zakonic w Starym Sączu 26. Lip. 45 złr. 95½ kr. na *Wiśnicz.* V. Na *Wiśnicz* 14. na *Brzésko* 12. i na *Żabno* 7 złr. z Parafii Radomyśl. VI. Z Dek. *Sandec.* na *Wiśnicz* 24 złr. 75 kr. na *Brzesko* 16 złr. i na *Żabno* 8 złr. 68 kr. mianowicie na *Wiśnicz* z *Zbyszyc* 60 kr. z *Chomranic*, *Kamionki*, *Tęgoborzy* po 1 złr. z *Mystkowa*

1 złr. 15 kr. z Pisarzowy 2. z *Jakubkowic* i *Ujanowic* po 3 złr. z *Nowego Sącza* 4 złr. z *Męciny* 8 złr. na *Brzesko* tyleż od wyżwspomnionych, prócz *Zbyszyc* i *Męciny*; na *Zabno* 1 złr. z *Mystkowa*, 2 złr. 16 kr. z *Jakubkowic*; 2 złr. 40 kr. z *Now. Sącza*, a 3 złr. z *Ujanowic*, 12 kr. z *Kamionki*. VII. Z Dek *Czchow*. 9 złr. 92 kr. na ***Brzesko***.

Oby Szan. Dawcy za przyczyną Ś. Floryana zachowani bywali od przypadku ognia, tudzież stokrotną odebrali nagrodę; oby i z innych parafii spieszyli z podobnemi datkami! Dan w Tarnowie 24. Wrz. 1863.

N. 3158.

Quaerenda Mariannae Krakowska iterum commendatur.

In nexu cum Provocatione de 20. Septembris 1860 N. 2844, Currenda 18, ex a. 1860 pag. 133. Venerabilis Clerus in ambitu parochiae inquirere ne gravetur, num aufuga Marianna Krakowska ibi reperiatur, vel vero demortua libris Mortuorum sit inserta, quia derelictus maritus iterate hoc sub obtutu sternit preces.

Perillustres vero Decani relationem sive affirmativam sive negativam non retardandam horsum expedire properabunt. Tarnoviae die 6. Octobr. 1863.

L. 3150.

Dziełko „Prawda Boża" na dochód Świętopietrza poleca się.

JX. Ant. Załuski Proboszcz Brzozowski, Kanonik tyt. Przemyslski i Członek Tow. nauk Krak. wydał pod tytułem powyższym dziełko poświęcone Ojcu Ś. ozdobione wyobrażeniem Jego i opatrzone aprobatą Dyecezalnej Władzy, kosztujące 1 złr. z którego dochód cały przeznacza na świętopietrze. Ono zawiera następujące Rozdziały:

„Dedykacya Ojcu świętemu. Modlitwa za Ojca świętego. *Wstęp*. Prawda Boża, uszczęśliwiająca wszelkiego ją miłującego. *Traktat*. Prawda Boża w rozbiorze zbawiennych jéj własności i darów. I. Prawda z istoty swéj katolicka. II. Jeden kościół katolicki prawd skarbcem i Apostołem. III. W jednej prawdzie katolickiej zbawienie. IV. Chrystus Pan drogą prawdy. V. Prawda wiedzie do żywota. VI. Prawda oddaje się tylko pokornym i cichym. VII. Prawda koniecznie duszy potrzebna. VIII. W prawdzie odrodzenie nasze. IX. Prawdy nabycie z miłosierdzia Bożego. X. Prawda istotą czci prawdziwej Boga. XI. Prawdzie winno się prawdę. XII. Trwałość prawdy wiekuista. XIII. Prawdy panowanie i siła w pokoju. XIV. Prawda zawsze zwycięża. XV. Prawda nie zgodzi się z fałszem. XVI. Prawdy święte do wierzenia pod utratą zbawienia. XVII. Nauka Ojców świętych o prawdzie. XVIII. Zdania rodzimych niektórych autorów o prawdzie Bożéj. W dodatku żywoty siedmiu biskupów Załuskich, w krótkości."

Z téj treści Szan. Duchowieństwo poweźmie wiadomość, ile ona przyczynić się może w parafii każdéj ku umacnianiu się we wierze ś. Ta okoliczność jako i zapomoga skarbu Stolicy Apostolskiéj wycieńczonego niech będzie dzielnym bodźcem do zbierania reńszczaków licznych ku zapisaniu znacznéj tych egzemplarzy ilości. Tarnów 8. Paź. 1863.

N. 3154.

Austryacki kalendarz biurowy.

P. Maurycy de Reymond we Wiedniu uprasza o przedpłatę na swój Rocznik I.

kalendarza: „Oesterreichischer Bureaukalender“ z 12. arkuszy się składający, a to w dużym formacie, w cenie 1 złr. w drodze zaś księgarńskiéj po 1 złr. 50 kr. w. a. Ma prócz zwyczajnych kalendarskich wiadomości zawierać statystykę wszystkich krajów, jenealogią domów Panujących, mały szematyzm Państwa, wojska i kościoła w Austryi i t. p. Szanowne Duchowieństwo lub Nauczycielstwo pragnące wiadomości podobnych odżałuje 1 złr. w drodze przedpłaty za pośrednictwem najbliższych księgarń. Tarnów 8. Paź. 1863.

N. 3155.

Piis ad aram precibus commendatur

Anima Illustrissimi ac Reverendissimi Dni Dni Joannis Marcelli Gutkowski Archieppiscopi Martianopolitani in part. inf. anteacti Eppiscopi Podlasiensis, qui senex 88 annorum post morbum 10 hebdomadalem SS. Sacramentis provisus, die 2. Octobris a. c. hora 7 vespertina Leopoli pie in Domino obdormivit. Tarnoviae die 5. Octobris 1863.

N. 3286.

Obitus inopinatus.

Religiosissimus Pater Laetus Mosler, Minister Provincialis Ordinis S. Francisci Minorum de Observantia (PP. Bernardinorum) per Galiciam, Custos Conventus Leopoliensis, Administrator parochiae ad S. Andream, Consiliarius Eppalis Consistorii Tarnoviensis circa Conventum Calvarien. Ecclesiam et loca ibidem sacra optime meritus, Tarnoviae anno 1808 oriundus, die 3. Octobris a. c. in Conventu Calvariensi sub Visitatione Conventus, in Domino obdormivit, cujus anima piis ad aram precibus commendatur.

N. 3117. 3046. 3403.

Porro suffragiis ad aram piis commendantur

Tres animae, videlicet a) Fr. Martini Kotarski fratris laici jubilati ex Ordine PP. Reformatorum anno 1774 in Mrzygłód circ. Samboriensis nati, anno 1806 professi de Conventu Vielic. optime meriti. 1. Octobris a. c. in Conventu Wielicensi demortui.

b) ARi Jacobi Cichoń, qui 64. aetatis annum agens post completum 34 sacerdotii annum, infirmitati diuturnae succubuit atque die 22. Septembris a. c. ante horam primam pomeridianam Sacramentis moribundorum provisus factaque substantiae dispositione in Domino obdormivit.

Quia p. m. Jacobus Cichoń fuit membrum Societatis precum, eapropter VV. Consodales missae sacrificium pro anima ejus absolvere sunt obligati.

c) Perillustris Decani Bialaensis, et Parochi in Pisarzowice, Mathiae Mika, a 6. Octobris lecto affixi, 60 annorum et 33 Sacerdotii, Sacramentis moribundorum secunda vice, 20. Octobris provisi, die 20. Octobris, 10. hora vespertina, maxima cum mentis præsentia in Domino demortui.

In testamento destinavit summam 1000 fl. A. V. pro instituto pauperum in loco; 500 fl. in fundationem erga persolvendas pro anima sua Missas; 100 fl. pro Missionibus, 50 fl. pro instituto Infantiae Jesu, 379 fl. ad tegendas sepulturae expensas, et residuum pro pauperibus; 50 fl. pro comparanda Ecclesiae Pisarzowicensi imagine B. M. V. 200 fl. pro exsolvendo et remunerando suo et Ecclesiae famulitio, et plura similia benefacta, quae memoriam pie requiescentis large disponentis, longiturna in tempora conservabunt.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 22. Oct. 1863.
JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Tarnoviae & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1863.